

IV, 64.

V c

22,26




IV, 64.



1.297.



6259



# EPIS

TOLA GRATV= latoria Pauli Amnicole Abbatis Celleñ. Ad Illu strissimũ Principẽ Geor giũ Ducem Saxonie &c ex Thuringia reuertens tem.

M. D. XXV.

*Risobio Pyrnienſi Thrologo*



# REVEREN

DO PATRI DOMINO IO<sup>a</sup>  
ni Zack, Iuriū Doctōri S. Pragenē Ec-  
clesiæ Administratori, ac Preposito  
Litomericeñ, Dño ac Patrono bene-  
merenti Hieronymus Emser.

S. D. P.

**C**um paternitas tua Reuerende Dñe ac Pa-  
trone mi, optimi atq; Illustrissimi Princi-  
pis mei Georgij Ducis Saxonie &c. pieta-  
tem atq; constantiã in asserenda fide Cathol-  
ica toties fere cõmendet quoties ad me scribit.  
Cum idem etiam æruditissimus Doctor D. Ro-  
dericus Dubrauus a Dubraua Pragenē, in Episto-  
lam ad Galatas honorifice egerit. Indignū pu-  
taui apud Germanos silentio p̄teriri tantã He-  
rois nostri virtutē, quam Boemi atq; alię exte-  
rę nationes tantopere prædicant, admirant̄ &  
exosculant̄. Quãuis aut̄ Illustrissima sua Cælsi-  
tudo deo & sibi intus canens, humanã laudem  
om̄nino contemnat. Solet tamen virtus suapte  
famã & gloriã veluti corp⁹ vmbra post se vehe-  
re. Et multis itaq; quæ cotidie huc adferuntur.



Vnam hanc delegi Epistolā, quā tuę paternitātē  
tibi transmitterē, tum propter auctoris grauitatē  
ac fidem, prestat. n. aut nō laudari aut a proba-  
tis laudari. Tum q̄ victoria quā prefat⁹ Illustris-  
simus Princeps ex Thuringis nuper tam subito  
& diuinitus quasi retulit, vt cum Iulio Cęsare di-  
cere possit ΚΑΦΟΝ. ΕΙΘΟΝ. ΕΥΗΚΗΣΑ. Hoc est. Ve-  
ni, Vidi, Vici, ad posterorū etiā memoriā descē-  
deret. Lege igitur eius quem tanti facis panegy-  
ricon, nullis orationis fucis aut Phaleris, sed ve-  
ritate & sententiarū grauitate suffultum, & me-  
quoq̄, eadem apud Germanos quę tu apud Bo-  
emos molientem, Vnitatē scz Sanctę matris Ec-  
clesię & Hereticorū extirpationē, vt soles ama.  
Ex Dresda. XXV. Septembris. Anno domini.

M. D, XXV, A ij



# ILLVSTRIS

SIMO AC PIENTISSIMO

Principi ac Domio, Domio Georgio  
Duci Saxoniae, Lantgrauio Thuringie,  
& Marchioni Misnæ Dño meo  
clementissimo.

**S**alue etiã atq; etiã Clemētis Princeps. Nul  
la re humanã tenuitatē diuinæ benignitatī  
pro acceptis bñficijs a deo gratificari posse  
vt humili gratulatiōe deuotaq; gratiarũ actiōe  
sacris lris pditum est. Sic Thobie domus a Ra  
phaele Angelo e periculis multis liberata iube  
tur deum benedicere & eius narrare mirabilia  
Thobie 12. Cũ tu itaq; patrię pater labãti reip.  
succurreris, & tumultuantũ rusticorũ audaciã  
qua pacẽ patrię turbabant & omni clero extre  
mũ intentabãt exitiu, represseris. Non est inte  
grum tanta munera, per te nobis p̄stita, silentio  
p̄terire, Ea p̄pter tua virtute a magnis pericu  
lis liberati, magnifice deo gratias agimus, pluri  
mũ tuę gratulantes & laudi & glorię, nostręq;  
saluti. Tuæ inq; gratulamur & laudi & gloriæ.  
Quo. n. durior pugna eo triumphus gloriosior



Neq; n. p genitoribus tuis neq; tuę excellentię  
periculosius bellũ obrigit aliqñ. Reuera pote-  
ras cū Paulo dicere foris pugnæ intus timores  
2, Corinth. 7. Foris emũero rustica multitudo la-  
cessebat. Intus hoc est intra tua castra timor mĩ-  
tus, quia nõ satis constabat, cui certo confiden-  
dum esset. Adeo. n. Lurerana secta vulgus infe-  
cerat vniuersum, vt frater cum fratre, vxor cum  
viro, raro sentire viderent. Gaudemus & nostrę  
saluti, nunc. n. corda tabescentiũ sunt refrigera-  
ta. Nũc patrię, cui iterit<sup>9</sup> minabat, securitas red-  
dita est, Nunc dispersi Monachi ad sua licet di-  
ruta habitacula redeundi potiti sunt fiducia.  
Merito igit in te p̄dicam<sup>9</sup> optime Princeps, &  
in coelũ vsq; efferimus diuinam clæmentia, cui<sup>9</sup>  
dispensatiõẽ agitur, vt omni tempore quo iusta  
vltione hominũ errata punienda veniunt, sint  
quoq; viri iusti deo placentes, qui se murũ po-  
nant ante domũ dei, & diuinę vindictę tempe-  
rent districtiõẽ. Sic Moyses in genti idolatras  
Exo. 32. Sic Phinees sterit & placuit Nũeri 25.  
Sic Helias. Sic Daniel, & innumerĩ alij in popu-  
lo enituerunt, Sic quoq; tuã magnificentia in-  
gruentibus his fluctibus nobis a deo datã miri-  
fice gratulamur, & tanq̄ numen diuinũ mis-  
sũ deuotissime amplectimur. Abrahamo quõdam  
de prelio reuertenti Melchisedech Rex Salẽ &  
altissimũ sacerdos dans obuiam, eius victorię


A. liij

panis & vini oblatione celebravit. Non est tuis triumphus Abrahami victoria inferior. Ille Loth fratrem captum cum paucis reduxit & libertate donavit. Tua fortitudo patrię pacem restituit, & innumeram monachorum cateruam misere exulantem in suas mansiunculas coegit. Venimus ideo & nos obviam tuę Celsitudini non tam gressibus pedum (quod parum est) quam anteriorum affectibus Vinum & panem offerentes, vinum quod cor hominis iustificat Psalmo 103. est libera & quieta conscientia, qua tu integerrime Princeps, secure iucundaris. Non enim libidine dominandi, non possidendi agrorum aviditate, sed ad patriam tuendam, ad clerum violenter eiectum restituendum hoc bellum assumpsisti. Quod vel ex hoc apparet. Non enim subito aut improvisę rabidam multitudinem ad prelium paratam invasisti, sed pacem oblatam contemnentem non tam provocatus quam coactus perfligasti. Hoc ergo vinum, tuam securam loquimur conscientiam, gratulabundim offerimus. Panis etiam in nostra oblatione non deest. Panis inquam iusticie, qui cor hominis confirmat, non solum autem, sed & regnum corroborat. Esaie 9, & Proverbiorum 16. Iusticia firmat solium. Hunc panem offerimus quia deum in tua iusticia extollendo predicamus. Iustum profecto tibi fuit gladium quem non gratis accepisti, hac in re usus accomodare iubete domino per Prophetam. Eripite pauperem & egenum

de manu peccatoris liberate Psalmo. Si. Ad tē-  
morem. n. pestilentium & bonorum tutelam portas  
ensem, Paulo teste. Si non vis inquit timere po-  
testatem, bonum fac, non. n. sine causa portat gladium  
Roma. 13. Ingredere igitur benedictione domini, intra  
domum tuam, hoc est intra teipsum, & utere vino ac  
pane tuo ad iucunditatem. Optimum vinum bona con-  
scientia, sicut scriptum est secura mens quasi iuge  
conuiuium Prouerbio 15, Hoc vinum se habere  
Paulus gloriatur ad Cori, Loquens, gloria nostra  
inquiens haec est testimonium conscientiae nostrae  
2. Corin. 1. At iusticiam panem esse Mattheus testatur  
eos qui iusticiam vel famescunt saturandos affir-  
mans Matthei 5. Et iusti inquit Dauid epulentur  
& exultent in conspectu dei. Caeterum & nos quoque  
de vino & pane tuo leti effecti gloriosissimus Princeps  
Deo optio maximo humillimas gratias agimus,  
deuotius supplicantes te Humaniss. Prin. ser-  
uet sanum, quietum, foelicem nestorios usque in annos,  
concedatque ne quod per te factum est aliquando rescin-  
datur. Ductus est calamus ex affectu & Theolo-  
gi non oratoris officina piensissime Princeps, p-  
tua facilitate atque clementia digneris in bonam  
partem sumere, quicquid deuotionis magnitu-  
do satis deliberare nesciens ineptius minus ve-  
culi congesserit, Ex veteri Cella, Tertia Feria  
post Trinitatis Anno domini. XXV.

IL. T. E. Paulus Annicola A. C.









10. 22. 6

(X 2206376)

10. 22. 6








B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



# EPIS

TOLA GRATV-  
latoria Pauli Amnicole  
Abbatis Celleñ. Ad Illu-  
strissimũ Principẽ Geor-  
giũ Ducem Saxonie &c  
ex Thuringia reuertens-  
tem.

M. D. XXV.

*Rischo Pyrnienſi Thrologo*

